

Aptarique suis pinum jubet armamentis.  
 Quà rursus visà, veluti præsaga futuri  
 Horruit Haleyone, lacrymasque emisit obortas.  
 Amplexusque dedit, tristisque miserrima tandem  
 Ore, vale, dixit, collapsaque corpore toto est.  
 At juvenes, quærente moras Ceyce, reducunt  
 Ordinibus geminis ad fortia pectora remos,  
 Equalique ictu seindunt freta. Sustulit illa  
 Humentes oculos, stantemque in puppe recurvâ,  
 Concussaque manu dantem sibi signa maritum  
 Prima videt, redditque notas. Ubi terra recessit  
 Longius, atque oculi nequeunt cognoscere vultus,  
 Dum licet, insequitur fugientem lumine pinum.  
 Hæc quoque ut haud poterat, spatio summota, videri,  
 Vela tamen spectat, summo fluitantia malo.  
 Portubus exierant, et moverat aura rudentes:  
 Obvertit lateri pendentés navita remos,  
 Cornuaque in summâ locat arbore, totaque malo  
 Carbasa deducit, venientesque accipit auras.

*Aptarique suis pinum etc.* E comanda che la nave sia bene armata e corredata di vele, di remi ecc.  
*Collapsaque etc.*

E cadde come corpo morto cade.

(DANTE, Inf. C. V.)

*Reducunt ordinibus etc.* In doppio ordine traggono al petto i remi. Dipinge il gesto de' remiganti.

*Equali . . . ictu.* A tempo.

*Dantem . . . signa.* Che la salutava coi gesti e coi cenni.

*Reddit . . . notas.* Ripete i medesimi segni.

*Moverat aura rudentes.* Il vento agitava le sarte; e ciò avvertiva i marinari a spiegar le vele.

*Obvertit lateri etc.* Rimangono dal remigare: pongono a traverso i remi tenuti dapprima pendenti, onde non siano rotti dall'onde.

*Cornua.* Le estremità dell'antenne, cui si legano le vele.

*Summâ . . . arbore.* In cima all'albero.

*Carbasa deducit.* Spiega le vele.

## C. A P. XIII.

*La tempesta.*

Mutossi dalla poppa nelle sponde  
 Indi alla prora, e qui non rimas' anco.  
 Ructa la nave ed i nocchier confonde,  
 Ch'or di dietro, or dinanzi, or loro è al fianco.  
 Surgono altere e minacciose l'onde;  
 Muggbiando sopra il mar va il gregge bianco.  
 Di tante morti in dubbio e in pena stanno,  
 Quante son l'acque che a ferir li vanno.

(ARIOSTO, C. XLI.)

**A**ut minus, aut certe medium non amplius æquor  
 Puppe secabatur, longeque erat utraque tellus:  
 Cum mare sub noctem tumidis albescere cœpit  
 Fluctibus, et præceps spirare valentius Eurus.  
 Ardua jamdudum demittite cornua, rector  
 Clamat, et antennis totum subnectite velum.  
 Hic jubet, impediunt adversæ jussa procellæ,  
 Nec sinit audiri vocem fragor æquoris ulla.  
 Sponte tamen properant alii subducere remos,  
 Pars munire latus, pars ventis vela negare.  
 Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor:  
 Hic rapit antennas: quæ dum sine lege geruntur,  
 Aspera crescit hyems, omnique a parte feroces  
 Bella gerunt venti, fretaque indignantia miscent.

XIII. *Medium.* Fra Trachinia e Claro.

*Utraque tellus.* Quella da cui Ceice era partito, e quella dell'Asia a cui andava.

*Eurus.* L'Euro spira contro a chi di Grecia va in Asia.

*Subnectite velum.* Ammainate le vele.

*Impediunt etc.*

E in prora e in poppa e in ambedue le bande

Non si può cosa udir che si comande.

(ARIOSTO, C. XLI.)

*Egerit etc.*

Altri attende alle trombe, e a tor di nave

L'acque importune, e il mar nel mar rifonde.

(IDEM, C. XIX.)

*Aspera crescit hyems, etc.*

Muove crudele e spaventoso assalto

Da tutti i lati il tempestoso verno.

(IDEM, C. XLI.)

Ipsè pavet, nec se, quis sit status, ipse fatetur  
 Scire ratis rector, nec quid jubeatve, velitve;  
 Tanta mali moles, tantoque potentior arte est!  
 Quippe sonant clamore viri, stridore rudentes,  
 Undarum incursu gravis unda, tonitribus æther.  
 Fluctibus erigitur, cælumque æquare videtur  
 Pontus, et inductas aspergine tangere nubes;  
 Et modo, cum fulvas ex imo verrit arenas,  
 Concolor est illis; Stygiâ modo nigrior unda:  
 Sternitur interdum, spumisque sonantibus albet.  
 Ipsa quoque his agitur vicibus Trachinia puppis;  
 Et nunc sublimis, veluti de vertice montis  
 Despicere in valles, inumque Acheronta videtur:  
 Nunc, ubi demissam curvum circumstetit æquor,  
 Susplicere inferno summum de gurgite cælum.  
 Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem:  
 Nec levius pulsata sonat, quam ferreus olim

*Ipsè pavet, etc.*

Quel che siede al governo, alto sospira  
 Pallido e sbigottito nella faccia;  
 E grida invano, invan con mano accenna  
 Or di voltare, or di calar l'antenna.  
 (ARIOSTO, C. XLI.)

*Tonitribus æther.*

Dalla rabbia del vento che si fende  
 Nelle ritorte, escono orribil suoni.  
 Di spessi lampi l'aria si raccende;  
 Risuona il ciel di spaventosi tuoni.  
 (IDEM, Ibid.)

*Fluctibus erigitur, etc.*

Il mar si leva e quasi il cielo attinge.  
 Veggon talvolta il mar venir tant'alto,  
 Che par che arrivi infino al ciel superno:  
 (IDEM, Ibid.)

*Trachinia puppis.* La nave che portava Ceice re di Trachinia.  
*Et nunc sublimis, etc.*

Sul mare intanto e spesso al ciel vicino  
 L'afflitto e conquassato legno toma.

Talor fan sopra l'onde in su tal salto,  
 Che a mirar giù par di veder l'inferno.  
 (ARIOSTO, C. XIX. XLI.)

*Curvum . . . æquor.* Levato in alto a guisa di monte.  
*Fluctu latus icta.* Percossa nel fianco dai flutti.  
*Nec levius etc.* La nave assalita dai flutti non altrimenti che una città dai soldati.

Cum laceras aries, ballistave concutit arces.  
 Utque solent, sumptis in cursu viribus, ire  
 Pectore in arma feri, protentaque tela, leones:  
 Sic, ubi se ventis commiserat unda coortis,  
 Ibat in arma ratis multoque erat altior illis.  
 Jamque labant cunei, spoliataque tegmine ceræ  
 Rima patet, præbetque viam lethalibus undis.  
 Ecce cadunt largi resolutis nubibus imbres,  
 Inque fretum credas totum descendere cælum,  
 Inque plagas cæli tumefactum ascendere pontum.  
 Vela madent nimbis, et cum cælestibus undis  
 Equoreæ miscentur aquæ, caret ignibus æther,  
 Cæaque nox premitur tenebris hyemisque suisque.  
 Discutiunt tamen has, præbentque minantia lumen  
 Fulmina: fulmineis ardescunt ignibus undæ.

C A P. XIV.

*La nave è sommersa dai flutti. Morte di Ceice.*

**D**at quoque jam saltus intra cava texta carinæ  
 Fluctus; et ut miles numero præstantior omni  
 Cum sæpe adsiluit defensæ mœnibus urbis,  
 Spe potitur tandem, laudisque accensus amore,  
 Inter mille viros murum tamen occupat unus;  
 Sic, ubi pulsarunt acres latera ardua fluctus,

*Laceras.* In modo da lacerarle, spezzarle.

*Aries.* Era una macchina da guerra di cui usavano a far la breccia.

*Ballista.* Macchina per iscagliere i sassi e le saette.

*Arma ratis.* Le armature della nave.

*Cunei.* Le spranghe con cui sono connesse insieme le tavole della nave.

*Ceræ.* Con la cera e con la pece si chiudevano le fessure delle navi, perchè non vi penetrasse l'acqua.

*Cadunt largi etc.* Dalle rotte nubi diluvia la pioggia.

*Plagas cæli.* Le regioni celesti, il cielo.

*Vela madent nimbis.* Dopo tanta tempesta ci sembra questa un'osservazione inutile. Confronta questa tempesta con quella di Virgilio nel libro primo dell'Eneade.

*Ignibus.* Di stelle, perchè coperte dalle nubi.

XIV. *Texta.* Le intessiture, le congiunture.

*Numero præstantior.* Più prode di tutti.

*Spe potitur.* Giunge al suo intento.

*Acre.* Veementi, impetuosi.

Vastius insurgens decimæ ruit impetus undæ;  
 Nec prius absistit fessam oppugnare carinam,  
 Quam velut in captæ descendat mœnia navis.  
 Pars igitur tentabat adhuc invadere pinum,  
 Pars maris intus erat: trepidant haud secius omnes,  
 Quam solet urbs, aliis murum fodientibus extra,  
 Atque aliis murum, trepidare; tenentibus intus.  
 Deficit ars, animique cadunt, totidemque videntur  
 Quot veniunt fluctus ruere atque irrumpere mortes.  
 Non tenet hic lacrymas, stupet hic, vocat ille beatos,  
 Funera quos maneant, hic votis numen adorat,  
 Brachiaque ad cœlum, quod non videt, irrita tollens  
 Poscit opem: subeunt illi fraterque parensque;  
 Huic cum pignoribus domus, et quod cuique relictum est.  
 Halcyone Ceyca movet, Ceycis in ore  
 Nulla nisi Halcyone est, et cum desideret unam,  
 Gaudet abesse tamen; patriæ quoque vellet ad oras  
 Respicere, inque domum supremos vertere vultus:  
 Verum ubi sit nescit: tantâ vertigine pontus  
 Fervet, et inductâ piceis e nubibus umbrâ,  
 Omne latet cœlum, duplicataque noctis imago est.  
 Frangitur incursu nimborum turbinis arbor,

*Vastius.* Con più veemenza.

*Decimæ.* Il decimo flutto maggiore degli altri, è creduto fatale dai naviganti.

*Mœnia navis.* I fianchi della nave i quali servono di fortificazione ai naviganti contro l'impeto dell'acqua.

*Pars.* Cioè dei flutti.

*Trepidant haud secius etc.* Tremano in quella guisa che suol tremare una città quando ecc.

*Funera quos etc.* Quelli che muoiono in terra ove possono avere onori funebri.

*Ad cœlum, quod non videt.*

Giungon le palme e levan gli occhi al cielo;  
 Ma lor l'han tolto (oimè) le nubi oscure,  
 E l' disteso dintorno orrido velo.

(TASSO, Rinaldo C. X)

*Subeunt . . . frater etc.*

Sospira altri la moglie, altri il figliuolo:

Altri de' cari amici il fido stuolo

Ch' anzi il suo fin veder non gli è concesso.

(IDEM, Ibid.)

Frangitur et regimen: spoliis animosa superbit  
 Unda, velut victrix, sinuataque despicit undas.  
 Nec levius, quam si quis Athon, Pindumque revulsos  
 Sede suâ totos in apertum everteret æquor,  
 Præcipitata cadit, pariterque et pondere, et ictu  
 Mergit in ima ratem, cum quâ pars magna virorum  
 Gurgite pressa gravi, neque in aëra reddita, fato  
 Functa suo est: alii partes, et membra carinæ  
 Trunca tenent: tenet ipse manu, quâ sceptrâ solebat,  
 Fragmina navigii Ceyx, socerumque, patremque  
 Invocat (heu!) frustra: sed plurima nantis in ore  
 Halcyone conjux; illam meminitque, refertque:  
 Illius ante oculos ut agant sua corpora fluctus  
 Optat, et exanimis manibus tumuletur amicis.  
 Dum natat, absentem, quoties sinit hiscere fluctus,  
 Nominat Halcyonen, ipsisque immurmurat undis.  
 Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum  
 Frangitur, et ruptâ mersum caput obruit undâ.  
 Lucifer obscurus, nec quem cognoscere posses,  
 Illâ nocte fuit, quoniamque excedere cœlo  
 Non licuit, densis textit sua nubibus ora.

#### CAP. XV.

*Alcione indarno fa suppliche a Giunone per la salute del marito. Casa del sonno.*

**A**olis interea tantorum ignara malorum  
 Dinumerat noctes; et jam, quas induat ille,  
 Festinat vestes; jam quas, ubi venerit ille,  
 Ipsa gerat; reditusque sibi promittit inanes.

*Spoliis animosa etc.* L'onda che avea spezzato l'albero e il timone, va superba di queste spoglie.

*Athon.* Monte di Macedonia, il Pindo di Tessaglia.

*In aëra reddita.* Riportata a galla.

*Socerum.* Eolo.

*Patrem.* Lucifero.

*Niger arcus.* Una nera nube, piena di acqua e curvata a modo di arco.

*Caput.* Di Ceice.

*XV. Aolis.* Alcione figlia di Eolo.

*Festinat vestes.* Si affretta a preparare pel marito e per sè una veste da portarsi nel giorno del suo ritorno.

Omnibus illa quidem Superis pia thura ferebat;  
 Ante tamen cunctos Junonis templa colebat,  
 Proque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras.  
 Utque foret sospes conjux suus, utque rediret  
 Optabat, nullamque sibi præferret. At illi  
 Hoc de tot votis poterat contingere solum.  
 At Dea non ultra pro functo morte rogari  
 Sustinet; utque manus funestas arceat aris;  
 Iri, meæ, dixit, fidissima nuntia vocis,  
 Vise soporiferam Somni velociter aulam,  
 Extinctique jube Ceycis imagine mittat  
 Somnia ad Halcyonen, veros narrantia casus.  
 Dixerat: induitur velamina mille colorum  
 Iris, et arquato cælum curvamine signans,  
 Tecta petit jussi sub rupe latentia regis.  
 Est prope Cimmerios longo spelunca recessu  
 Mons cavus, ignavi domus et penetralia Somni.  
 Quo nunquam radiis oriens, mediusve cadensve  
 Phœbus adire potest: nebulae caligine mistæ  
 Exhalantur humo, dubiæque crepuscula lucis;  
 Non vigil ales ibi cristati cantibus oris  
 Evocat Auroram, nec voce silentia rumpunt  
 Sollicitive canes, canibusve sagacior anser:  
 Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,  
 Humanæve sonum reddunt convicia lingua.  
 Muta quies habitat. Saxo tamen exit ab imo  
 Rivus aquæ Lethes, per quem cum murmure labens

*Junonis templa etc.* Frequentava più d'ogni altro il tempio di Giunone, come di quella che avea in particolar protezione i matrimoni.  
*Qui nullus.* Che non esisteva più.

*At Dea etc.* Per due cause la Dea si moveva a dar contezza ad Alcione della morte del marito: e perchè la pia consorte non fosse più a lungo ingannata; e perchè le sue are non fossero più contaminate dalle funeste mani di colei che avea perduto il marito.

*Arquato.* Fatto a foggia di arco.

*Cimmerios.* Abitavano presso il Ponto Eussino in un paese nebuloso e oscuro. Sulla casa del sonno vedi la descrizione che ne fa l'Ariosto, C. XIV.

*Vigil ales.* Il gallo.

*Convicia.* Strepito di umana lingua.

*Lethes.* Lete è parola greca che significa oblio. Il poeta pone qui il fiume Lete a significare che i dormienti obliano i pensieri.

Il mormorar d'un lento fumiello

Che rompe il corso tra minuti sassi.

(TASSO, Aminta)

Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.  
 Ante fores antri fecunda papavera florent,  
 Innumeræque herbæ, quarum de lacte soporem  
 Nox legit, et spargit per opacas humida terras.  
 Janua ne verso stridorem cardine reddat,  
 Nulla domo tota est; custos in limine nullus.  
 At medio torus est, ebano sublimis in antro,  
 Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus,  
 Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis.  
 Hunc circa passim varias imitantia formas  
 Somnia vana jacent totidem, quot messis aristas,  
 Silva gerit frondes, ejectas litus arenas.

## C A P. XVI.

*Iride si reca alla casa del Sonno, e lo avverte da parte di Giunone a dar notizia ad Alcione della morte del marito.*

Appena tanto il ciglio alto sostiene  
 Che fatta era già tutta sonnacchiosa  
 (POLIZIANO)

Quo simul intravit, manibusque obstantia virgo  
 Somnia dimovit, vestis fulgore reluxit.  
 Atra domus, tarda que Deus gravitate jacentes  
 Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens,  
 Summaque percutiens nutanti pectora mento,  
 Excussit tandem sibi se, cubitoque levatus,  
 Quid veniat (cognovit enim) scitatur: at illa,  
 Somne, quies rerum, placidissime Somne Deorum,  
 Pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris

La casa del sonno è in luogo caliginoso, ove non comparisce mai sole: non vi è strepito di sorte: la circondano le erbe soporifere, tra le quali i papaveri. Il suo letto è nero.

XVI. *Excussit . . . sibi se.* Scosse sè da sè. Il Sonno cacciò da sè la voglia di dormire.

*Somne, quies rerum, etc.* Giovanni Della Casa così dice nel sonetto al Sonno:

O sonno, o della queta, umida, ombrosa  
 Notte placido figlio; o de' mortali  
 Egri conforto, oblio dolce de' mali  
 Si gravi, ond'è la vita aspra e noiosa:  
 Soccorri al core omai, che langue, e posa  
 Non ave ecc.

Fessa ministeriis mulces, reparasque labori:  
 Somnia, quæ veras æquent imitamine formas,  
 Herculeâ Trachinè jube, sub imagine regis,  
 Halcyonen adeant, simulacraque naufraga fingant:  
 Imperat hoc Juno. Postquam mandata peregit  
 Iris abit; neque enim ulterius tolerare soporis  
 Vim poterat, labique ut somnum sensit in artus,  
 Effugit, et remeat per quos modo venerat arcus.  
 At pater e populo natorum mille suorum  
 Excitat artificem, simulatoremque figuræ  
 Morphea: non illo jussos solertius alter  
 Exprimit incessus, vultumque, modumque loquendi.  
 Adjicit et vestes, et consuetissima cuique  
 Verba. Sed hic solos homines imitatur; at alter  
 Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens:  
 Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus  
 Nominat. Est etiam diversæ tertius artis  
 Phantasos; ille in humum, saxumque undamque trabemque  
 Quæque vacant animâ, fallaciter omnia transit.  
 Regibus hi, ducibusque suos ostendere vultus  
 Nocte solent: populos alii, plebemque pererrant.  
 Præterit hos senior, cunctisque e fratribus unum  
 Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus  
 Eligit, et rursus molli languore solutus  
 Deposuitque caput, stratoque recondidit alto.

*Herculeâ.* Perchè fabbricata da Ercole.

*Jube etc.* Comanda che un sogno di quelli che imitano il vero si presenti sotto l'aspetto del re Ceice ad Alcione nella città di Trachinia.

*Pater.* Il Sonno.

*Morphea.* Accusativo singolare alla greca. Questa parola in greco esprime l'attributo dato da Ovidio a questo figlio del Sonno colle parole *simulatorem figuræ*.

*Icelon.* Altra parola greca che significa *simile*.

*Phobetora.* Spaventatore,

*Phantasos.* Creatore d'immagini.

*Regibus hi, etc.* L'aristocrazia è la distinzione portata dappertutto, anche nelle cose di cui la natura è a tutti del pari giusta donatrice. Claudiano destinò alcuni Amori a ferire la plebe, altri a ferire i grandi.

*Qui peragat etc.* Che compia le commissioni di Iride figlia di Taumante (*Thaumantidos*).

*Strato.* Letto.

## CAP. XVII.

*Morfeo si presenta in sogno ad Alcione sotto la forma dell'estinto Ceice.*

Ille volat, nullos strepitus facientibus alis,  
 Per tenebras, intraque moræ breve tempus in urbem.  
 Pervenit Æmoniam, positisque e corpore pennis,  
 In faciem Ceycis abit, formæque sub illâ  
 Luridus, exanimi similis, sine vestibus ullis,  
 Conjugis ante torum miseræ stetit. Uda videtur  
 Barba viri, madidisque gravis fluere unda capillis.  
 Tum lecto incumbens, fletu super ora profuso  
 Hæc ait: Agnoscis Ceyca, miserrima conjux?  
 An mea mutata est facies nece? respice, nosces,  
 Inveniesque tuo pro conjugè conjugis umbram.  
 Nil opis, Halcyone, nobis tua vota tulerunt:  
 Occidimus: falso tibi me promittere noli.  
 Nubilus Ægæo deprendit in æquore navem  
 Auster, et ingenti jactatam flamine solvit:  
 Oraque nostra, tuum frustra clamantia nomen,  
 Implent fluctus. Non hæc tibi nuntiat auctor  
 Ambiguus, non ista vagis rumoribus audis:  
 Ipse ego fata tibi præsens mea naufragus edo.  
 Surge, age: da lacrymas, lugubriaque indue: nec me  
 Indeploratum sub inania Tartara mitte.  
 Adjicit his vocem Morpheus, quam conjugis illa  
 Crederet esse sui: fletus quoque fundere veros  
 Visus erat, gestumque manus Ceycis habebat.

XVII. *Nullos strepitus.*

Quete seaz'alcun rombo l'ali porta.

(POLIZIANO, St. 25. P. II.)

*Moræ breve etc.* In breve.

*Æmoniam.* Trachinia città di Tessaglia che dicevasi anche Emônia.

*In faciem Ceycis.* Sotto la forma di Ceice.

*Tibi me promittere etc.* Non volerti promettere il mio ritorno.

*Ægæo deprendit etc.* Colse, sorprese nel mare Egeo la nave.

*Lugubria . . . indue.* Vesti il bruno.

*Manus.* La mano di Morfeo aveva il gesto di Ceice.

## C A P. XVIII.

*Alcione piange Ceice. Ambedue sono mutati in uccelli.*

Quei duo, che Amor fece compagni eterni  
Alcione e Ceice, in riva al mare  
Fanno i lor nidi a' più soavi verni.  
(PETRARCA, Trionf. d' Am.)

Ingemit Halcyone lacrymans, motatque lacertos  
Per somnum, corpusque petens amplectitur auras,  
Exclamatque, Mane; quo te rapis? ibimus unâ.  
Voce suâ, specieque viri turbata soporem  
Executit, et primo si sit circumspicit illic,  
Qui modo visus erat (nam moti voce ministri  
Intulerant lumen.) Postquam non invenit usquam,  
Percutit ora manu, laniatque a pectore vestes,  
Pectoraque ipsâ ferit: nec crines solvere curat;  
Scindit, et altrici, quæ luctus causa, roganti,  
Nulla est Halcyone, nulla est, ait: occidit unâ  
Cum Ceyce suo: solantia tollite verba.  
Naufragus interiit: vidi, agnovique, manusque  
Ad discedentem cupiens retinere tetendi.  
Umbra fuit; sed et umbra tamen manifesta, virique  
Vera mei: non ille quidem, si quæris, habebat  
Assuetos vultus, nec quo prius ore nitebat:  
Pallentem, nudumque et adhuc humente capillo  
Infelix vidi: stetit hoc miserabilis ipso  
Ecce loco; et quærit vestigia si qua supersint.  
Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam;  
Et ne, me fugiens, ventos sequerere, rogabam.  
At certe vellem, quoniam periturus abibas,  
Me quoque duxisses; fuit, ah! fuit utile, tecum  
Ire mihi: neque enim de vitæ tempore quidquam  
Non simul egissem, nec mors discreta fuisset.

XVIII. Altrici. Nutrice.

*Nulla est.* Non è più: è morta col suo Ceice.

*Stetit.* Accenna il luogo ove vide l'ombra del marito.

*Divinante.* Indovino di quello che è avvenuto.

*Neque enim de vitæ etc.* Cioè avrei passata teo tutta la vita: sarei stata sempre teo.

Nunc absens perii, jactor quoque fluctibus absens;  
Et sine me te pontus habet. Crudelior ipso  
Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar  
Longius, et tanto pugnem superesse dolori.  
Sed neque pugnabo; nec te, miserande, relinquam,  
Et tibi nunc saltem veniam comês, inque sepulchro  
Si non urna, tamen junget nos litera; si non  
Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.  
Plura dolor prohibet, verboque intervenit omni  
Plangor, et attonito gemitus a corde trahuntur.  
Mane erat: egreditur tectis ad litus, et illum  
Mœsta locum repetit, de quo spectarat euntem:  
Dumque notata locis reminiscitur acta, fretumque  
Prospicit, in liquidâ, spatio distante, tuetur  
Nescio quid, quasi corpus, aquâ; primoque quid illud  
Esset, erat dubium; postquam paulum appulit unda,  
Et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat:  
Quis foret ignorans, quia naufragus, omine mota est:  
Et, tanquam ignoto lacrymas daret, Heu miser, inquit,  
Quisquis es, et si qua est conjux tibi! Fluctibus actum  
Fit propius corpus; quod quo magis illa tuetur,  
Hoc minus et minus est mentis: jam, jamque propinquæ  
Admotum terræ, jam quod cognoscere posset,  
Cernit: erat conjux. Ille est, exclamat, et una  
Ora, comês, vestem lacerat: tendensque trementes  
Ad Ceyca manus, Sic, o carissime conjux,  
Sic ad me, miserande, redis? ait. Adjacet undis  
Facta manu moles, quæ primas æquoris iras  
Frangit, et incursus quæ prædelassat aquarum.

*Absens perii.* Perii lontana, morendo tu in cui io viveva. L'ingegno d'Ovidio torna al giuoco delle parole.

*Inque sepulchro etc.* Vuol dire: Se un'urna sola non accoglierà le nostre ceneri, almeno i nostri nomi saranno insieme scolpiti in un medesimo sasso.

*Litera.* L'epitaffio.

*Verboque etc.* A ciascuna parola si percosse il petto.

*Dumque notata locis etc.* Mentre ritorna col pensiero alle cose ivi accadute e da lei notate nella partenza di Ceice ecc.

*Corpus tamen etc.* Appariva chiaramente esser un corpo.

*Mota est.* All'aspetto di un naufrago fu commossa, perchè le riportò alla mente la sua calamità.

*Hoc minus etc.* Tanto più le si smarrisce la mente.

*Moles.* Un monte di sassi fattovi per tener lontani i flutti.

*Incurus quæ prædelassat.* Rompe, stanca i flutti prima che entrino con furia nel porto.

Insilit huc: mirumque fuit potuisse; volabat:  
 Percutiensque levem modo natis aëra pennis,  
 Stringebat summas ales miserabilis undas.  
 Dumque volat, mæsto similem, plenumque querelæ  
 Ora dedere sonum tenui crepitantia rostro.  
 Ut vero tetigit mutum, et sine sanguine corpus,  
 Dilectos artus amplexa recentibus alis,  
 Frigida nequiequam duro dedit oscula rostro.  
 Senserit hoc Ceyx, an vultum motibus undæ  
 Tollere sit visus, populus dubitabat: at ille  
 Senserat: et tandem, Superis miserantibus, ambo  
 Alite mutantur: fatis obnoxius isdem  
 Mansit amor, fœdus nec conjugiale solutum.  
 Perque dies placidos hyberno tempore septem  
 Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis.  
 Tum via tuta mari: ventos custodit, et arcet  
 Æolus egressu, præstatque nepotibus æquor.

## C. A. P. XIX.

*Esaco mutato in ismergo.*

Lungo costor pensoso Esaco stare.  
 Cercando Esperia, or sopra un sasso assiso,  
 Ed or sott'acqua, ed or alto volare.  
 (PETRARCA, Trionf. d'Am. C. II.)

**H**os aliquis senior circum freta lata volantes  
 Spectat, et ad finem servatos laudat amores:

*Stringebat.* Tocava leggermente, radeva.

*Senserit hoc Ceyx, etc.* Il popolo stava in forse, se Ceice alzasse il capo per il moto dell'onde, ovvero per aver sentito la presenza della consorte.

*Alite mutantur.* Sono mutati in uccelli detti alcioni. L'alcione (*Alcedo ispida*, secondo Linneo) è un uccello marino poco più grosso del passere, fornito di lungo becco e sottile.

*Perque dies etc.*

Poi si rivede il cielo aperto e chiaro,  
 E sette giorni e sette al tristo sposo  
 Alla fida Alcione Eolo prestare  
 Tranquillo e quieto il mar: mentr'ei fra l'onde  
 Van tessendo e formando il nido a' figli.

(ALAMANNI, Coltiv. Lib. VI.)

*Nepotibus.* Ai piccoli alcioni nati dalla sua figlia.

Proximus, aut idem, si fors tulit, Hic quoque, dixit,  
 Quem mare carpentem, substrictaque crura gerentem  
 Aspicias (ostendens spatiosum in guttura mergum)  
 Regia progenies, et, si descendere ad ipsum  
 Ordine perpetuo quæris, sunt hujus origo  
 Ilus, et Assaracus, raptusque Jovi Ganymedes,  
 Laomedonque senex, Priamusque novissima Trojæ  
 Tempora sortitus. Frater fuit Hectoris iste,  
 Qui nisi sensisset primâ nova fata juventâ,  
 Forsitan inferius non Hectore nomen haberet;  
 Quamvis est illum proles enixa Dymantis,  
 Æsacon umbrosâ furtim peperisse sub Idâ  
 Fertur Alexirhoë, Granico nata bicorni.  
 Oderat hic urbes, nitidaque remotus ab aula,  
 Secretos montes, et inambitiosa colebat  
 Rura, nec Iliacos cœtus, nisi rarus, adibat.  
 Aspicit Hesperien patriâ Cebrenida ripâ  
 Injectos humeris siccantem sole capillos.  
 Visa fugit Nymphæ, veluti perterrita fulvum  
 Cerva lupum, longæque lacu deprensa relieto  
 Accipitrem fluvialis anas: quam Troïus heros

XIX. *Proximus, aut idem, etc.* Un vicino o forse quel medesimo che avea lodato il costante amore di Ceice e di Alcione, disse accennando uno smergo: Anche questo fu di stirpe reale.

*Mare carpentem.* Che rade il mare.

*Sunt hujus origo etc.* Questo trae origine da Troo a cui furono figli Ilo, Assaraco, Ganimede: da Ilo nacque Laomedonte, da Laomedonte Priamo, da Priamo questo Esaco.

*Novissima . . . tempora.* Priamo si trovò alla rovina di Troia, e perì con quella.

*Frater fuit Hectoris etc.* Esaco fu fratello di Ettore, e se nel primo fior dell'età non fosse stato mutato in ismergo, avrebbe uguagliato in prodezza Ettore stesso, per quanto questi nascesse di Ecuba figlia di Dimante, e quegli di Alessiroe ignobil donna.

*Granico nata.* La ninfa Alessiroe madre di Esaco era figlia del Granico fiume dell'Asia minore che scaturisce dal monte Ida ed entra nel mare di Marmara per due foci (*bicorni*).

*Secretos montes.*

Facea . . . ne' boschi soggiorno,  
 Inculto sempre e rigido in aspetto.

(POLIZIANO, St. 40. P. I.)

*Patriâ . . . ripâ.* Sulla riva del Cebreno.

*Cebrenida.* Figlia del Cebreno fiumicello della Troade.

*Longæque lacu etc.* Sorpresa lungi dallo stagno, in cui non può tuffarsi per liberarsi dall'assalto nemico.

Insequitur, celeremque metu, celer urget amore.  
 Ecce latens herbà coluber fugientis adunco  
 Dente pedem strinxit, virusque in corpore linquit.  
 Cum vità suppressa fuga est. Amplectitur amens  
 Exanimem, clamatque, Piget, piget esse secutum:  
 Sed non hoc timui; neque erat mihi vincere tanti.  
 Perdidimus miseram nos te duo: vulnus ab angue,  
 A me causa data est; ego sim sceleratior illo,  
 Ni tibi morte meà mortis solatia mittam.  
 Dixit, et e scopulo, quem rauca subederat unda,  
 Decidit in pontum: Tethys miserata cadentem  
 Molliter excepit, nantemque per æquora pennis  
 Textit, et optatæ non est data copia mortis.  
 Indignatur amans invitum vivere cogi,  
 Obstarique animæ miserà de sede volenti  
 Exire: utque novas humeris adsumpserat alas,  
 Subvolat, atque iterum corpus super æquora mittit;  
 Pluma levat casus: furit Æsacus, inque profundum  
 Pronus abit, lethique viam sine fine retentat.  
 Fecit amor maciem: longa internodia crurum,  
 Longa manet cervix, caput est a corpore longe.  
 Æquor amat; nomenque tenet, quia mergitur illo.

*Nos . . . duo.* Io è il serpente: questo ti ferì: io ne fui la causa.  
*Subederat.* Avea corroso.  
*Indignatur.* Si sdegnava di esser forzato a vivere a suo dispetto.  
*Miserà . . . sede.* Corpo.  
*Subvolat.* Vola in alto.  
*Nomen etc.* Si disse mergo o smergo a mergendo.

E perchè tenta aver sott'acqua albergo,  
 Dal sommergersi suo fu detto mergo.

(ANGUILLARA)

## OVIDIO

## LE METAMORFOSI

## LIBRO DUODECIMO

## CAP. I.

*I Greci cospirano alla rovina di Troia.  
 Un serpente mutato in sasso.*

Nescius assumptis Priamus pater Æsacon alis  
 Vivere, lugebat: tumulo quòque nomen habenti  
 Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.  
 Defuit officio Paridis præsentia tristi,  
 Postmodo qui raptà longum cum conjuge bellum  
 Attulit in patriam, conjuratæque sequuntur  
 Mille rates, gentisque simul commune Pelasgæ.  
 Nec dilata foret vindicta, nisi æquora sævi  
 Invia fecissent venti, Bæotaque tellus

*I. Tumulo etc.* Al sepolcro vuoto su cui era scritto il nome del morto.

*Inferias.* L'esequie, i sacrifici che si facevano sopra il sepolcro a onore del morto.

*Defuit etc.* Paride non si trovò all'esequie di Esaco, perchè era andato in Grecia ove rapì Elena, e portò sopra Troia la guerra di tutti i Greci: perciò il Petrarca lo chiama.

Il pastor di che ancor Troia si duole.

*Mille rates.* Omero ne dà 1186. Ditti cretese, 1228; Darete frigio, 1140; Tucidide, 1200.

*Pelasgæ.* I Pelasgi eran popoli di Tessaglia, ma qui sono messi per tutti i Greci in genere.